

Ait Regius Vates Psalm. 17. num. 4. *Qui percussit pedes meos tanquam cervorum, & super excelsa stans me.* Duo inter se repugnantia exoptat Prophetam, pedes velocissimos cervorum, & stationem firmam, ac stabilem, *stans me in excelsis.* Vnum enim sequitur ex alio pedes cervorum ad velocissimè conculcanda, quæ in terra degunt, serpentes, dracones, & aspides; & habitationem in excelsis: qui habet pedes cervorum ad conculcanda terrena, ac venenosa vitia draconum, ac leonum, quæ contra Dei legem sunt, & observans illius mandata, hic sibi ædificat habitationem cum Deo in excelsis. Eusebius in Catena Græca ait: *Et si alii nos trahere, & in abrupta, & profunda vitiorum deprime obviare nequeant, Deus tamen nostri certaminis præses docet nos adversum celeres esse, & illius gratia ad summam, & excelsa nobis consentanea impellit.* Expende celeres esse, & ad summam, & excelsa impellit nos.

Consummato opere totius universi dicitur Genes. 2. num. 2. *Requievit die septimo ab universo opere, quod paravit.* Numquid Deus similis est humano opifici, qui de fatigatione, ac labore requiescere dicitur? nullo modo: Quia ergo de causa dicitur quod requievit Deus, cum nunquam sit fatigatus, sed pro nostra instructione, quod ille, qui die septimo, Sabbatho nempe, vult requiescere cum Deo in sua æterna gloria prius debet præmittere operationem ad fabricandam ipsam æternam requiem, illiusque domicilium. Origenes lib. 6. contra Celsum sic ait: *Nescit quinam sit ille post sex dies a mundo condito secutus dies Sabbathi, in quo cuncti, qui sex illis diebus opera sua perfecerunt, nihil illarum prætermiserunt, quæ pertinent ad suum officium, cum Deo feriabantur, ascendentes ad spectacula, & justorum & Beatorum celebritatem, quasi diceret, qui bene operabantur. Post sex dies requiescit Dominus, quia illi, qui cum eo bene operati sunt, cum isto etiam requiescent.* Vide quæ dixi tom. 4. in Evang. cap. 34. quæstione 4. de operariis ad vineam.

QUÆSTIO VII.

*Quare tam asseveranter, ac firmiter ait Divus Petrus quod in solo sanctissimo nomine IESU sit salus?*

Præclarissimè, ac constantissimè affirmat Divus Petrus, quia in solo Jesu ponitur nomen pro re nominata: est nobis salus, vita, & omnia bona ait Sancta Anima: *Dilectus meus totus desiderabilis.* In eo enim sunt omnia desiderabilia, & præter ipsum nihil est desiderabile. Guillelm. Abbas apud Delitium ait: *Totus ergo est desiderabilis; id est in Divinitate simul, & Humanitate. Quippe in humanitate plenitudo Redemptiois, & salutis est. In Divinitate enim plenitudo Divinitatis: Omnis itaque sufficientia nostra in ipso est, & propterea nihil desiderabile præter ipsum, desideratur in eo quod homo ad salutem, desideratur in eo quod Deus ad Beatitudinem, solus igitur ille desiderabilis est, sed & totus, quia plenissime solus sufficit.* Omnia sunt in ipso, & præter ipsum nihil desiderabile.

Multis miseris, ac laboribus oppressis in hoc luctuoso lacu afflictionis, & angustiarum Rex David, adhuc tamen recognoscens Divinam erga se bonitatem dicebat: Psalm. 39. num. 2. *Eduxit me de lacu miseriae, & de luto facis.* Et unde illi tanta felicitas, ut à tor, ac tantis malis liber, victoriosusque confluret? Ipse explicat immediatè sub-

dens: *Statuit super petram pedes meos.* vers. 3. Postus fuit à Dei gratia in firmissima Petra Jesu, cum tantam protectionem assecutus est, statim omnium malorum triumphator exivit: Habe tecum IESUM, & ab omni perversitate securus eris; in eo enim est omnium bonorum stabilitas, ac copia; ad hoc tenet Nicolaus Primus Summus Pontifex in Resp. 62. *Bulgaris recenter ad fidem conversis, qui dicebant se habere lapidem ad remedium infirmitatum, tunc sic ait Pontifex: Nos tanquam vobis consulentes de ea ero sic agendum, an respondendum, respondemus tibi. quoties omnis lapidis sumptus penitus prohibeatur, & in solo illo lapide Domino Nostro IESU CHRISTO, quem reproba verunt edificantes, spes tota salutis humana ponatur, & tanquam à fortissimo recuperanda fortitudinis nostra remedium expectemus.*

Ait Regius Vates Psalm. 4. num. 7. *Quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Sollicitus est Propheta in agnoscendo, quis sit ille, qui indicavit omne bonum, & ait: *Lumen vultus tui Domine,* nempe lumen vultus Aeterni Parentis, & quodnam est lumen vultus Aeterni? Christus IESU, qui est splendor gloria Patris Hebræor. 1. num. 3. qui cum secum habeat omnia bona, ille nobis ostendit, ut mereamur ut nobis illa exhibeat, & illa nobis infundat. D. Ambros. lib. 3. epist. 11. sic ait: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine? qui autem lumen vultus Patris, nisi splendor gloria, & imago invisibilis Dei. Ipse ergo Dominus IESUS summum bonum, hoc bonum veniat in anima nostra, quod propius Deus dat peccatis se, hic est thesaurus noster, hic est vita nostra, hic est sapientia nostra, justitia nostra, Pastor noster, & Pastor bonus. Vide quanta bona in uno bono.*

Hanc plenitudinem omnium bonorum in Jesu jam à principio voluit Deus manifestare. De Agno Sacrificando mandavit Deus Filiis Israël Exod. 12. num. 6. *Servabitis eum usque ad quartam decimam diem mensis hujus: Immolavitque eum universa multitudo filiorum Israël: Omnia plena sunt mysterio, cur Agnus non aliter disponebatur immolandus, nisi in die decima quarta, quid habet hic dies præ cæteris? Dies decima quarta est Luna plena, jam tunc in Sacrificio Agni immolati simul demonstrabatur plenitudo omnium bonorum Ecclesiæ, à novum plenitudo omnes ejus filij impinguntur, & replentur.* D. Athanas. Synaita lib. 5. examer. ait: *In illa die quarta decima luna in principio, eo die iustus est Israël imprimis sacrificare Pascha in rybum Christi: si ergo Agnus Christum figurabat, est perspicuum, quod luna quoque dies, quo est plena Luna significat plenitudinem Ecclesiæ, propter quam Christus est sacrificatus. In quo est omnis plenitudo nostra, & à quo omnes nos pleni sumus, ut ait Apostol. ad Colossens. 1. num. 19. In ipsosculis IESU complacuit omnem plenitudinem inhabitare.* Vide quæ supra dixi super capite tertio quæstione 11. numer. 57. & quæstione 18. num. 101. 102. 103. & 104.

Actor. 4. num. 13. *Videntes autem Petri constantiam, & Joannis, comperto, quod homines essent sine literis, & idiotæ admirabantur, & cognoscebant eos, quoniam cum Jesu fuerant.*

Num. 14. *Hominem quoque videntes stantem cum eis, qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere.*

Num. 15. *Iusserunt eos foras extra Concilium secedere, & conferebant ad invicem.*

IESUM omnium malorum triumphator exit.

Psalm. 4.

Hebr. 1.

In IESU omne bonum.

Exod. 21.

In IESU omnium bonorum plenitudo.

Coloss.

Versiones CVM EXPOSITIONE IV.

61. D. Chryf. Pagnin. Tigrina. Origen. Lyran. Ethiop. Atab. Vers. 13. *Videntes autem Petri constantiam, D. Chrysof. libertatem, Origenes fiduciam, Pagnin. & Tigrina. In dicendo audaciam: Quia, ait Lyranus, in nullo studebant, nec terrebantur cognoscere eos esse homines sine literis. Ethiopicus. Cum vidissent promptos, ut publice loquerentur. Arabic. eos esse ignaros scripturæ, erant enim homines carentes scientia acquisita, nullum habentes illius studium, & tamen promptè, & expedite allegabant scripturam.*

62. Græc. Beda. Hugo. Pagnin. Tigrina. Vers. 14. *Hominem videntes stantem cum eis, Syriacus stans cum eis claudus, qui sanatus fuerat. Maximè laudandus est claudus hic de sua gratitudine cum D. Chrysofomo, qui semper comitatus est Apostolos sibi benefactores, in carcere, & in Concilio. Nihil poterant contradicere Syriacus: Nec habebant prætextum dicendi contra, nam claudus sanatus, erat evidens miraculi testimonium; aliunde candida simplicitas, probitas, ac sincera virtus, audacia, ac efficacia in dicendo Apostolorum cum multis aliis circumstantiis evidenter demonstrabant nihil posse præsumi, ne dici quidem de arte magica.*

63. Syriac. D. Chryf. Syriac. Vers. 15. *Iusserunt autem eos foras extra Concilium sedere Sytiacus Vi exierit à Synagoga eorum, Ut absentibus illis melius inter se possent conferre, quid faciendum foret. Et conferebant ad invicem. Arabicus consultarent alter cum altero.*

QUÆSTIO VIII.

*Quare petri, & Joannis constantia in tanta admiratione erat coram tota Synagoga?*

64. Admirabilis Petri, & Joannis constantia. D. Chryf. Aderat in præsentem totus Senatus Synagoga, Summus Sacerdos, Pontifices, Seniores, Magistratus templi, ac multi Scribæ, & Pharisæi, & tamen soli duo Petrus, & Joannes intrepidè, & generosè contra eos omnes Christi magnalia loquuntur, de quibus, ut taceant vocabantur in iudicium, quorum constantiam consideras D. Chrysofomus in præsentem ait: *Non verbis solis monstrabant non curare se de quibus iudicentur, & quod extrema intenter pericula, sed etiam habitu, & voce, & aspectu in summam omnibus libertatem apud Populum demonstrabant per ea, quæ loquebantur. Apostoli non solum verbis expeditis, sed etiam aspectu absque ulla coloris mutatione, voce absque ulla trepidatione, pedeque fixo imperterriti totum ipsum iudicium concinnantes constatiæ, & valorem animi indicabant.*

65. Prov. 28. Justus non timet. D. Gregor. Psal. 90. Ut dicitur Proverb. 28. num. 2. *Iustus quasi Leo consistens, absque terrore erit.* Quæ verba expendens D. Gregor. lib. 31. Moral. cap. 4. ait: *In occursum bestiarum Leo non trepidat, quia prævalere se omnibus non ignorat, unde viri iusti securitatem recte Leonis comparatur, quod late prosequitur Sanctus Doctor, ninitur in Deo, ac ejus veritate.* Psalm. 90. num. 5.

Scuto circumdabit te veritas ejus, scutum autem veritatis fortios, ac validius est quocunque alio militari.

Petrus, & Joannes duo tantum, stant contra totum Senatum, ac contra totam Rempublicam Iudaicam, & nil mirum, quod sic firmiter adstarent causam enim justitiæ, & veritatis agebant. Torus Populus Israël coadunatus condemnat Susannam, ut fedatam acerbo crimine; & quis totius Populi furentis impetum poterit cohibere? quis? Unius pueri vox pro veritate, & justitia. Ait Textus: *Suscitavit Deus Spiritum Sanctum pueri, junioris, cuius nomen Daniel, & exclamavit voce magna: mundus sum à sanguine hujus, & conversus est populus.* Daniel. 13. n. 41. mirum sanè, quod universus Populus conglobatus, furore succensus, in unam infontem Susannam quasi Leo rapax vellet deservire: tam servescens animorum furorem comprimit; ac reprimit unius pueri vox, ut causa audiat, & examinetur; & licet vox fuerit unius pueri; vox erat pro justitia, & veritate, quæ innocentem liberavit, eique justitiam servavit, & in eam à populo infamiam, ac dedecus conceptum propulavit. Divus Ambrosius lib. 2. de Virgine ait: *Daniel speclaturus supplicium Susannæ advenit, & quem Populus damnavit, unus absolvit.* Unus parvulus pro justitia, & veritate à confluyente populo absolvit. Nota quod nunquam Daniel dicitur puer junior, nisi modo, nec quando explicat somnia Nabuchodonosoris, nec quando exposuit Visionem Balthazaris, nec quando supra Satrapas constituitur, vel quando inter Leones mittitur; sed modò cum pro justitia, ac veritate stat, ipsamque defendit: Ut Spiritus Sanctus denotaret, quod contra totum regnum, pro justitia, ac veritate unus puerulus sufficiens, atque abundans sit ad ipsam justitiam, veritatemque defendendam, & ejus causam agendam, quam populus damnavit, unus absolvit.

Bethulienfes magno timore Holofernis conterriti, Ozias Sacerdos, majores, ac Principes populi facto Concilio determinant intra quinque dies ei tradere civitatem, quod cum agnovisset Judith eos ad se advocat, & reprehendit, brevibusque verbis, ac rationibus paucis eos convincit, eorumque consilium mutare, & ab illo desistere facit: *Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri omnia, quæ locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis ulla reprehensio; nunc ora pro nobis.* Judith. 8. num. 28. Quod Senatus totius Populi cum majoribus presbyteris, ac sacerdotibus decreverat, unius mulieris voce, quæ in domo sua clausa, negotiis forensibus omnino sequestrata erat, totum muretur, omneque majorem suum fateantur errorem, (quod est difficillimum,) non tam mirum, cum illa pro justitia, ac veritate pugnet, cujus vis tam valida est, ut etiam in manu tenui, ac debili robor habeat ad subiciendum. Lyran. ait: *Hic ponitur locutionis Judith gratiosæ effus, nam ei confererunt Principes, & presbyteri tanquam manifesta veritati.*

Actor. num. 16. *Dicentes quid faciemus hominibus istis? Quoniam quidem notum signum factum est pereos omnibus habitantibus Ierusalem: manifestum est, & non possumus negare.*

Num. 17. *Sed ne amplius divulgetur in populum, comminemur eis, ne ultra loquantur in nomine hoc ulli hominum.*

Num. 18. *Et vocantes eos denuntiaverunt ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine IESU.*

Una pueri vox pro veritate, ac innocentem liberavit.

D. Ambros.

Judith 8.

Magna vis veritatis in manu debili.

Versiones,

CUM EXPOSITIONE V.

68. Verſ. 16. Scientes quid faciemus. Verba ſunt hæc animi perplexi ac dubitantis de reſolutione ſequenda, & ille villicus dicebat, quid faciam quia Dominus meus auferet à me villicationem. Luc. 16. num. 13. ſic iſti dicebant, quid faciemus, & ut ait Iſidorus Peleſi. libro tertio epiſt. Verba hæc villicis conveniunt non vincenſibus, ſed re vera Magiſtratus, ut ait Lyran. præſentia claudi, & conſtanti alleveratione Petri, ac Ioannis, ac magno aſtantium teſtimonio, in quorum præſentia miraculum fuit perpetratum.

Luc. 16. relati.

69. Interlin. Ethiop. Arab. D. Chryſt.

De hominibus iſtis. Gloſſa Interlinealis ait: per contemptum, quaſi illiteratis, ac nullius momenti, vel quia præ odio, & invidia eorum nomen non poterant habere in ore, vel quia omnino erant indigni, ut eorum ora tantum Petri, ac Ioannis nomen caperent, manifeſtum eſt. & non poſſumus negare. Arabicus veſ eſt perſpicua. Ethiopicus conſpicuum ſignum. Divus Chryſoſtomus. Inſiciari non poſſumus, & aliunde eos incarcerare, ac punire non poterant, quia populus clarificabat eos. Infra verſ. 21. & omnia, quæ in hoc apparebant, erant proba, & ſancta, & miſeri hoc cognoscunt, & fatentur, & nolunt credere in Chriſto, uti & Chryſoſtomus ponderat Carthuſianus: Obſecravim eos malitia eorum.

Carthuſ.

70. Syriac.

Verſ. 17. Sed ne amplius divulgetur in populum. Syriacus ſed ne amplius exeat fama hæc, tam in Jeruſalem, quam in toto regno: Malitia inſpiciens, & ſtulta eſt, volebant extinguere nomen Jeſu in populo, quo populus in ejus vita multa beneficia acceperat, & modo per Apoſtolos accipit, Commineatur eis. Arabicus Interminemur & minemur eis Græcus minis comminemur. Pagninus minaciter interminemur, quæ geminatio emphatica eſt, & magnam indicat vim, in minis multam efficaciam, & capitalis erat pœna teſte Lyrano.

Arabic. Græc. Pagnin.

Lyran. 71. Syriac. Occum.

Ne ultra loquantur in nomine hoc. Syriacus Nomine hoc, ſive invocando, ſive prædicando. En manifeſta invidia, & apertum odium, prohibent ſanctum, ac ſalutiſerum nomen Jeſu in populo invocari, à quo tanquam oleum effuſum univerſa beneficia manabant, potius volebant ſuos infirmitatibus & doloribus vexari, quam Divinum Jeſu nomen celebrari, ac invocari ab ullo homine, ſive Iudæo, ſive Græco, ait Gloſſa Interlinealis.

Interlin. 72. Syriac. Pagnin. Arab.

Verſ. 18. Et vocantes eos denuntiaverunt Syrius, Pagninus Præceperunt, Arabicus Accerſi ſi illis inſerunt. Non contenti ſunt ſimplici admonitione, ſed rigido, ac forti mandato ſub capitali pœna præceperunt: Ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine JEſu. Vatablas: Ne docerent ſub nomine IEſu. Ethiopicus comminat ſunt eos, nunquam alloquimini, & non docebitis quemquam. Non prohibent miraculum claudi; cum enim claudus valde notus eſſet, valdeque nota ejus miraculoſa ſanitas, ſed ſolum prohibent evulgari, ac diu ſanctiſſimum nomen Jeſu præ odio, ac invidia, qua contra hoc ſacroſanctum nomen fremebant.

Vatabl. Ethiop.

QUÆSTIO IX.

Quare auditis Petro, & Ioanne Magiſtratus Iſraeliticus tam perplexus, ac timidus eſt?

73.

Cum Petrus, & Ioannes cum tanta conſtantia, ac generoſitate coram toto pleno Senatu, al-

ra, & intrepida voce publicabant claudi miraculum factum fuiſſe in nomine Jeſu, & hujus ſanctiſſimi nominis multa magnalia publicabant, non eſt aliud nomen, in quo nos oporteat ſalvos fieri, tunc totus Senatus graviffimorum virorum totus perplexus, ac tremebundus dicebat: Quid faciemus hominibus iſtis? Vnde illis tanta timiditas, ac perplexitas?

Reſpondeo primo, quod illa Apoſtolorum præſentia omni ſanctitate, virtute, ac gratia repleta arguebat, confundebat, ac terrore concutiebat omnium illorum animos. Salomon factus Rex vocavit ad ſe Semei, & ait illi: Edifica tibi domum in Jeruſalem, & habita ibi, & non egredieris inde huc, argue illuc: quacumque die egreſſus fueris, & tranſieris torrentem Cedron, ſcito te interficiendum. 3. Reg. 2. num. 3. Recte ponderat Doctiſſimus Mag. Didacus de Bæza tom. 4. de Chriſto figurato lib. 8. cap. 13. §. 7. Cur maluit Salomon ut iſte Semei maxime Ieruoſolymis habitaret factò juramento, non exendi in aliam ſuæ ditionis civitatem? Semei graviffima crimina commiſit contra Davidem Patrem Salomonis cum fugeret à facie Abſalonis, cum maledictione peſſima; dicens eum Virum Belial, virum sanguinum, ſpargentem lapides contra David. 2. Reg. 16. n. 7. Cur ergo iſte tam facinoroſus erit habitator Jeruſalem? Solent Reges, ac Principes à ſua curia homines nefarios, ac criminoſos relegare; & ingreſſum in illam vetare, cur ergo Salomon terribilem Semei à ſua curia non abjecit, ſed in ea vult clauſum detineri? In ſancta civitate Jeruſalem erant multi viri, auctoritate, virtute, ac ſcientia, & probitate pleni inceſſanter magnificentes opera Davidis, canentes quotidie ejus Pfalms; igitur ibi inter eos permaneat Semei, ut de ſua maleſcientia arguatur, confundatur, deque ſuis iniquis factis multo pudore afficiatur.

74.

3. Reg. 16.

2. Reg. 16.

Præſentia juſtorum arguit, & confundit iniquos.

75. Iniquitas iſtius.

Sap. 17. D. Greg. D. Bona.

Math. 2.

In Herode crudelior timor, quam ira.

D. Auguſt.

Secundo: Vnde huic Senatui, in quo erant omnes majores populi, Summus Sacerdos, Pontifices, Principes, Magiſtratus militum, & Seniores populi cum cæteris tanta perplexitas, ut in nullo poſſent ſtare fixo pede, ex eorum nempe malitia, ac nequitia, quia, ut dicitur Sapient. 17. num. 10. Cum ſi timida nequitia dat teſtimonium in condemnationem. D. Gregorius 27. Moral. cap. 18. legit condemnationem, ſeu, ut legit D. Bonavent. data eſt in omnium condemnationem cum iniquitas ſit timida, omnia opera ejus abeant in condemnationem, ac reprobationem, quia ab ipſo timido nil validum, ſecurum, ac firmum poteſt provenire, & ideo ad rem vertit Syrus: Quoniam malitia eorum teſtatur de illis, & condemnat eos, quia fecerunt mala.

Cum Herodes auდიſſet Regem natum Judæorum ad quem adorandum Stella dnce venerunt Magi: Turbatus eſt & quid tunc? Iratus eſt valde & mitens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlem, & in omnibus ſinibus ejus, Matthæi 2. num. 16. Inexcraibilis exitit crudelitas Herodis, ut occideret pluſquam tria millia puerorum, ad hæc tamen accipe, & conſidera verba Magni Auguſtini tract. 115. in Joannem, & ait: Herodes ille major, cum Chriſtus natus nuntiaretur, expavit, & tot infantes, ut ad eum mors perveniret, occidit, timendo magis, quam irascendo crudelior. Hoc crudeliſſimum facinus, quod Herodes occideret tres mille pueros innocentes, proceſſit in eo ex timore: Turbatus eſt & ex ira iratus eſt valde. Tamen quid in eo exitit crudelitas, metus, an ira: Timendo magis, quam irascendo crudelior? metus in mala, & læva conſcientia, nullum turpe factum veretur, ſed & omne malum aggreditur, ut ira illud valeat effugere, quod timer.

Postquam

77.

neſ. 41

Iniquus, in per invidiam

Procop.

Postquam Cain occidiſſet fratrem ſuum Abel, vocatus à Deo in judicium ait Cain ad Deum: Omnis, qui invenit me occidet me. Genef. 4. numer. 14. Unde huic homini talis in mentem venit cogitatio, quod à quocumque eſſet occidendus: Omnes, qui erant in mundo, vel erant filii Cain, vel ejus conſobrini filii fratris ſui, à quibus ergo timeret mortem ſibi inſigi? Cain totus malitia, ac nequitia plenus inde totus timore, ac terrore repletus mortem timebat à quolibet etiam intimo amico, atque adſtrictiſſimo conſanguineo. Procopius. Pimo omnium miſerum terrebat futuri cogitatio; exiſtabat enim viciffitudinem quandam fore, quæ eam modum ipſe turpiter eadem coram deo daret, ſic & te à poſteris interficiendum cogitabat.

QUÆSTIO X.

Quare contra verba Apoſtolorum ſapientes ſcriba, ſeniores, nec reſpondenti, nec danti aliquam rationem?

78.

Difficultas quaſtionis.

Aſtiterunt in Concilio valde genaroſo, ac conſtanti animo Petrus, & Joannes Chriſti magnalia prædicantes, ejus nempe glorioſam Reſurrectionem juſtificantes, ceſtitudinem non in Jeſu, quod non ſit aliud nomen, in quo ſit ſalus, & vita, & quod ſit lapis angularis, in quo totius Eccleſiæ fundamentum immititur. Præſens Concilium hæc omnia volebat extinguere in Chriſto Domino, cur ergo ad verba Apoſtolorum, cum ibi eſſent ſapientes populi, non reſpondent, nec opponunt aliquid, vel cur ſuæ nequitie, ac perverſitatis non reddunt aliquam rationem, ſed in his obmutefcunt.

79.

Pſal. 61.

A conſpectu veritatis iniquitas & falſitas peccant.

Reſpondeo verba Apoſtolorum erant veriffima, malitia Phariſæorum nequiſſima, & falſiſſima, proprium autem eſt nequitie, ac falſitatis, ut apparente veritate omnino pereat, obmutefcat, ac diſſipetur Pſalm. 61. numero decimo dicitur: Ve unquam vani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris, ut decipiant ipſi de vanitate in id ipſum, nolite ſperare in iniquitate. Iniquitas tota de mendacio vivit, cur homines mendaciſſimi in ſuarum falſitatum iniquitate non ſperabant, cum ipſa iniquitate, ac falſitate multa, & magna ſibi compaſſaverint, & valde magnifici facti ſunt, cur igitur in via eis tam proficua non ſperabant? Recte dicitur mendaces filij hominum in ſtateris, quia cogitat pluſ ponderis habere in ſtatera iniquitas falſitatis, quam probitas veritatis, quæ cum nunquam poſſit vinci, exorta veritate ſtatim omnis iniquitas corruit, perit, ac deſtruitur. D. Auguſtinus ibi ait: Nolite ſperare ſuper iniquitatem, vana eſt iniquitas, nihil eſt iniquitas, potens non eſt, niſi juſtitia, & cultari poteſt ad tempus veritas, vinci non poteſt, ſolvere poteſt ad tempus iniquitas, permanere non poteſt. Expende verba: Occultari poteſt ad tempus veritas, vinci non poteſt.

D. Aug.

80. Iſaias. 2.

Exorta veritate Chriſti.

Ait Iſaias 2. numer. 20. In die illa proficiat homo idola argenti ſui, & ſimulacra auri ſui, quæ fecerat ſibi, ut adoraret, & quænam erit dies illa, in qua homo idola ſua fecerat magno ſumptu ex pretioſa materia auri, & argenti, & multis expertiſſis ob illorum magnam æſtimationem; tamen dies illa ſubiſt cum Chriſti veritas apparuit ad illud tempus referatur, ſtatim omnis idolorum falſitas toto cum auro, & argento, in contemptum ſunt habitata, & pro nihilo reputantur. Tertullianus lib. 3. contra Marci. ait: Genus hominum dilucida per Chriſtum veritate idola projecit. Idem fere noſter Divus Cyrillus Alexandrinus. Quamvis falſitas,

ac nequitia pompoſo, ac triumphali apparatu prodeat, & exeat in lucem, ſtatim omnia illa obnebrantur, pereunt, ac diſſipantur relucente veritate.

Cum Jacob accepiffet à filiis ſuis falſam, & comenſuram mortem Jeſeph, oſtenſa ejus tunica hædi ſanguine tincta Genef. 37. numer. 34. multis perfulus lachrymis dicebat: Deſcendam hinc ad filium meum in Infernum. Ad mortem uſque proſequar eum lachrymis, poſtea verò cum de ejus vita nuntium accepiffet, ac de ejus dominatione in Ægypto ait Textus Genef. 45. numer. 27. Revixit ſpiritus ejus. Conſidera quid importet falſitas, quid veritas: falſitas tenebras mortis Deſcendam hinc ad infernum, at veritas diſſipat ipſas tenebras, & in portam ſpiritus vitæ. Revixit ſpiritus ejus. Quia falſitas ignat in tenebris, quas deſtruit veritas; mendacium introducit tenebras, & mortem, veritas lucem, & vitam. Lyppomantus ait: Splendor lucis, qui erat in eo, etiaſi exiſtens penitus non eſſet, tunc cum obtulerunt filij ejus unicum Jeſeph hædi ſanguine maculatam, & mendacio eorum decipi potuit aliam. Deſcendam hinc in infernum ad filium meum; propter hæc quoque nunc ſuſcitatum; & revixit ſpiritus ejus.

81.

Gen. 37.

Gen. 45.

Lyppo.

Act. 4. num. 19. Petrus verò & Joannes reſpondentes dixerunt ad eos: ſi juſtum eſt in conſpectu Dei vos potius audire, quam Deum, judicate. Num. 20. Non enim poſſumus quæ vidimus, & audivimus non loqui. Num. 21. At illi comminantes dimiſerunt eos, non inveniſtes quomodo punirent eos propter populum; quia omnes clarificabant id, quod factum fuerat in eo, quod acciderat.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE VI.

Verſ. 19. Petrus verò & Joannes reſpondentes. Tot minis in poſitis non ex-pavelcunt Apoſtoli ſi juſtum eſt in conſpectu Dei. Syriacus Si ſi rectum coram Deo. Arabicus, an ſi vos juſto, magnam vim habent hæc verba, coram Deo, in conſpectu Dei, quibus frequenter utuntur Prophetæ, ut Patrens Helias 3. Reg. 18. numer. 1. qui præ oculis habent Deum ſpectatorem recte judicant, & faciunt. Vos potius audire, quam Deum: Tanquam ſi dicant Apoſtoli, vos præcipitis numero antecedenti 18. ut non loquamur, nec annuntiemus nomen Jeſu; Deus autem præcepit nobis prædicare, ac teſtificari ut omnibus gentibus Jeſum Chriſtum eſſe Filium Dei, & ejus prædicationem confirmare multis miraculis, cui ſit obediendum vobis, an Deo, judicate.

82.

Syriac. Arabic.

3. Reg. 18.

Ethiop.

Verſ. 20. Non enim poſſumus, quæ vidimus, & c. Arabic. Nobis enim eſt impoſſibile. Æthiop. non poſſumus occulta e. Ipſe Dominus Jeſus antequam aſcenderet in Cœlum Act. 1. n. 8. nobis præcepit: Vos eritis mihi teſtes in Jeruſalem, Samaria uſque ad ultimum terræ eorum, quæ viditſis in me, & auditiſis ex ore meo, ac proinde ejus mandatum non poſſumus præterire, ut ait Lyran. Dicite alij bona conſcientia Judicate cui obediendum vobis, an Deo?

83.

Arabic.

Æthiop.

Act. 1.

Lyran.

Verſ. 21. At illi comminantes dimiſerunt eos, multis minis interpoſitis, non intervenientes quomodo punirent eos; Syriacus Interminati ſunt, & cauſam, Syriac. quam ponerent in capite eorum. Arabicus cum non inveniffent occaſiones adverſus eos. Æthiopicus cum

84.

Syriac.

Arabic.

Ethiop.

cum